



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 5. Quæ sit Necessitas Virtutum Theologicarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Invidiam, Discordiam, Contentionem, & Bellum, &c. de quibus itidem fufius Theologi morales difcunt.

§. V.

Quæ fit neceffitas Virtutum Theologicarum.

I. Q. 1. *Quæ fit Fidei neceffitas?* Refp. omnibus ad salutem necessitate medii neceffarium esse actum aliquem Fidei, id est, divinæ, cum, teste Apostolo ad Hebr. c. 11. impossibile est, sine Fide placere Deo; & Concilium Tridentinum Sess. 6. can. 21. dicat, Fidem humanæ salutis initium, fundamentum, radicem esse; & per se congruum fit, ut, sicut homo iustitiam amisit, serpenti potius credendo, quam Deo; ita eandem non recuperet, nisi captivando intellectum in obsequium DEI. Etsi verò non pauci hodie doceant, explicitè duntaxat articulos neceffitate medii credendos esse, scilicet, quòd existat Deus, & inquirentibus se remunerator sit, probabilis tamen est sententia eorum, qui, teste Tannero q. 2. du. 2. n. 42. & seq. etiam SS. Trinitatis, aliorumque angelorum ad divinitatem & Incarnationem pertinentium fides explicitam esse neceffariam volunt. Quæ verò neceffitas præcepti credenda sint, & quando confessio externa obliget, apud Theologos morales videri potest.

II. Q. 2. *Quæ secunda virtutis Theologica, scilicet Spei fit neceffitas?* Refp. ad Justificationem Adulorum, per præter Fidei actum etiam actum Spei esse neceffarium, ad hoc enim Fides neceffitate medii est neceffaria, ut ad spei eliciendam juvet. De reliquo etsi tempus determinationis spei hujus eliciendæ assignari non possit, conveniunt tamen Theologi, quòd non diu debeat differri post perfectam propositionem beatitudinis, & saltem in confuso retributio supernaturalis speranda sit.

III. Q. 3. *Quæ tertia virtutis Theologica, scilicet Caritatis fit neceffitas?* Refp. neceffitate quidem præcepti Deum appetitativè summè, non tamen intensivè, nec semper actum, sed tantum in certis casibus, esse amandum, quales casus juxta communior sententiam sunt, si rationis usus obstat.

tentas, & Deus super omnia amabilis sufficienter propositus est. Item si ingruenti gravi tentatione foret periculum, non odium Dei quis labatur, nisi contrarium actum caritatis eliciat.

IV. Q. 4. *Quis fructus ex hac de Virtutibus Theologia materia à Theologo hauriendus sit?* Resp. duplicem præcipue hauriendum esse. Primus est, ut agnoscat beneficium Vocationis ad Christianam Religionem, per quam ipsi occasio ad præstantissimas has virtutes participandas est facta, ideoque per dignam cooperationem gratum se exhibere possit, diutiusque Virtutes conservare studeat. Secundus est, ut, cum sine cognitione, desiderio, & amore boni cuiuspiam videntur non possit, ad Deum potiùs velut præstantissimum bonum, imò fontem omnis boni cognoscendum, desiderandum, & amandum per triplicem hanc Virtutem se convertat, obsequium præbetque meminerit noti proverbii: Dulcius ex ipso fonte manant aquæ.

ARTICULUS II.

De Virtutibus Moralibus.

De his partim Ascetæ & Ethici, partim Theologi moralibus agunt, utpote quæ magis ad praxin, quàm speculationem ordinantur; quare Theologi Scholastici plerumque solam Justitiam, quæ plerasque quidem materias præcipuas, non paucas tamen multùm controversas, atque Scholastica discussione dignas continet, pertractandum præsumunt. Unde breviter hæc tota materia expeditur, & indicabitur magis, quàm explicabitur.

§. I.

De Virtutibus moralibus in genere.

I. Q. 1. *Quid sit Virtus moralis?* Resp. esse virtutem naturalem ad dirigendos hominum mores seu actus humanos ordinatam; cum enim *mos* ex primæ suæ institutione ad ordinem actibus introductam significet, homines autem inter se per actus humanos tanquam sibi proprios agere consueverint, merito nomen *morum* iisdem attribuitur à Theo-